vndarum inflationib9 eleuata per fluctus montuo
ſa petit cacumina procellarum· Inſtat ergo euidens
nauigantibus in ipſa vite diſcrimen ⁊ pro liberatōe
periculi effundunt̄ varia diis vota. Sic ergo nauis
illa per triduū patentibus ſubiecta periculis quarto
die ceſſauit tēpeſtatis anguſtia ⁊ ventorū furor de
ſtitit mitigatus· Placant̄ maria quieſcūt fluct9 ⁊ na
uigantes ipſi a mortis laqueis iam erecti ſpūm con
fortationis aſſumunt ſic ꝙ nauigantib9 ipſis recto
diametro ſubſequenter ad oras troiani portus ad
ueniunt. Et eis deſcendentib9 in terram optatā paſ
ſu celeri ante oīa ſe conferunt ad templa deorū vbi
eorum vota ſupplices diis ſoluunt ſic ꝙ āthenor p9
victimas diis oblatas ⁊ poſt ſacrificia demore liba
ta ad magnā priami regis curiam in comitiua multo
rum de ſuo reditu valde letantium incolumis ⁊ ſoſ
pes acceſſit· Conſidente igit̄ rege priamo cū ſuorum
comitiua maiorum aſtantib9 etiā ꝗ̄ pluribus aliis
⁊ eius filiis antedictis āthenor refert ⁊ recitat quic
quid ſibi in grecia ſucceſſerat ſeriatī. Narrat etiā ſibi
graue reſponſum a peleo factum minaces iniurias a
thelamone ſibi dictas. caſtoris ⁊ pollucis obprobri
oſa reſponſa duros ⁊ aſperos a neſtore ſibi timores
incuſſos. Que oīa poſtꝗ̄ audiuit rex priam9 turba
tus ē valde ⁊ dolore torquet̄ nō modice ſentiēs lega
tum ſuū in grecia ſic obprobrioſe receptuꝫ ⁊ de recu
peratione ſororis factus ē quodāmō deſperatus·

¶De ꝓpoſito regis priami volētis ſuā īiuriā uidicar̄

POſtꝗ̄ vero rex priamus ꝑ legationeꝫ autheno
ris factus ē certus de grecoꝝ odio qđ greci tot

cõtinuatis temporibus aduerſus euꝫ ⁊ ſuos adhuc
feruoribus viuacibus cõfouebãt ⁊ qđ ad reſtitutio
nem ſororis ſue exione grecoꝝ animos non potuit
demulcere in ſuorum ꝓpoſitorũ exordiis magis to
tus ardenter incaluit ⁊ ad mittendũ in grecia gentẽ
ſuã multo nauigio cõquiſito in offenſioneꝫ grecorũ
uiuacibus curis totaliter ãhelauit Sꝫ dic rex priame
quis fatorũ caſus infelix ad tante ĩfelicitatis auda
ciam tue quietis aĩm inſtigauit vt frenare proprios
animi motus tuos licet nõ ſint in boĩs poteſtate per
matura cõſilia minime potuiſſes ⁊ dũ licebat abſtra
heres ab iniquis ꝯſiliis pedẽ tuũ ⁊ ut dũ licebat ſci
uiſſes tuas preteritas diſſimulare iacturasq̃ per tot
annorum curricula forte poterãt obliuione deleri ·
Sane nõ aduertiſti quod vulgariter dici ſolꝫ. ⁊ qđ
pleriſqꝫ hoĩm dicit᷑ accidiſſe· Quia dum ſua ꝯtẽdũt
vindicare dedecora ex creſcentib⁹ malis maioris de
decoris inuoluunt᷑ augmento. Tuti⁹ ergo fuit ei qđ
vulgariter dicit᷑ adherere· Qui bene ſtat nõ feſtinet
ad motum nã qui ſedit in plano nõ habet vnde ca
dat. Voluiſti enĩ te ſubmittere fatis ambiguis ut de
infelici caſu tuo ⁊ finali tuoꝝ excidio te tante urbis
ruinoſa iterata iactura dares futuris gentib⁹ lõgaꝫ
materiã velut delectabiles fabulas recenſendi cũ de
ſiniſtris ſucceſſib⁹ aliorum libenter hoĩm mulceatur
auditus. Sꝫ quid poſtea tibi ⁊ tuis ĩde ſucceſſit pre
ſens narrationis hiſtorie ſeries manifeſtat.

¶ De ꝯſilio deliberato ut paris ĩ greciã deſtinet᷑.

Rex igit᷑ Priam⁹ ꝯuocatis oĩb⁹ troie maiorib⁹
in regio ilion eis coactis in vnũ ſic allocut⁹ ẽ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf